Horatius Flaccus, Quintus; Locher, Jakob [Hrsg.]: Opera

Straßburg, 12.III.1498 [GW 13468] [Sack 1887] Seite 109a



# Ode.xiii.Ad Sodales.

.i.nubes.aere enim nubes contrahũt.

h Orrida tẽpestas celũ contraxit & imbres.

aerem

Niuesq; deducũt iouẽ/nunc mare nũc silue

traccensi

Threicio aquilone sonant/rapiamus amici

bibendi .i.tempore ipso .s.nostra

Occasionem de die dumq; virent genua:

dum rugata

Et decet obducta soluatur fronte senectus:

quia sub hoc consule natus est

Tu vina torquato moue consule pssa meo.

nam sapientis est preltare q̃ in se sunt.in reliquis amoro metu diuinũ expectare consilium

Cetera mitte loq;:deus hec fortasse benigna

restituet dum pluit persico

Reducet in sedem vice: nunc q; achęmenio

lyra

Perfundi nardo iuuat: & fide cyllenia

recreare

Leuare duris pectora sollicitudinibus:

sicut chiro achilli quẽ nutriebat.

Nobilis vt cecinit grandi centaurus alumno

Inuicte mortalis dea nate puer thetide

expectat in quo sepeliendus erat

Te manet assarici tellus quam frigida parui

p labuntur p.n.fluuij

Fidunt scamãdri flumina lubricus et simois

ex troia dee fatales

Vnde tibi reditum certo sub tegmine parce

s.tu ad thetis marine

Rupere:nec mater domũ cerula te reuehet/

Illic omne malum vino cantuq; leuato

ab effectu tristicie verbis

Deformis egrimonię dulcibus alloquijs.

a HORRIDA tẽpestas. Eã dem sententiã sepius repetit. hortatur enim amicos ne velint assidua cura marcescere. Sed cum dantur tempora quedam. veluti feriata indulgeant genio. Et quãuis autem oda hec videatur epicuream. sectam redolere. tamen monet nos poeta quam labile tẽpus sit. Et profecto calamitosa mortalium conditio es. nunc regnas nunc seruis. nunc summo splendore prefulges. nunc turpi squalore tabescis. nunc superba iubes. nunc humilia obsequeris et precaris. Quid celsorum locorum auida es. cum tam crebras assidue ruinas prospectes. quid humilia non respicis in quibus solis stabilitas posita. quid tibi miseranda non prospicis. quid oculos in tuã salutem nõ acuis.

b ET imbres & c. Suauiter. q. cum imbribus Iupiter descẽdat Ordo autem est. Et imbres et niues deducunt iouem. idest deorsum ducut aerem.

c SILVE. Metri causa trissillabum fecit.

d OCCASIONEM. Dicitur occasio oportunitas tẽporis casu proueniens vt festus ait.

e CONSVLE meo. Horatius enim sub manlio torquato cõsule natus est quod etiam superius scripsit.

f CETERA. Sensus est. Vacãdũ est conuiuiis tãtum cetera vero omittenda vt sunt minus lęta. nam deus in melius forsitã reducet.

g ACHEMENIO. idest persico achemenes enim teste herodoto li.iiii. Fuit primus persarũ rex a quo postea reges omnes vsq; ad darium descenderunt.

h FIDE cyllenia. idest lyra. mercurius enim lyrã inuenit et phoebus cytharam de quibus late superius in odis.

i NOBILIS. Sensus est. quod centaurus chiron achilli alũno predicens mortem apud troiam monuit omne malum vino & cantu leuandum. eodẽ itaq; modo & ipse agit.

k ASSARICI tellus. Troiam intelligit. Nam dardanus ioue natus genuit erichdoniũ is troẽ. Tros assaricũ ex quo capis natus est ide anchises hinc eneas & c.

l SCAMANDRI. ex ida phrigie monte Scamander et simois fluuii descendunt in troadem vt Mela scribit.

m ILLIC omne. Ordo est. illic vino cantu & dulcibus alloquiis leuato omne malũ deformis egrimonię.

S

## Argumentum odes.xiiii.

e xcusat q̃d amore impeditus iambos pmissos nõ absoluat: tutatq; se exẽplo Anacreõtis poete. h. d:

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0221
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg